

www.e-rara.ch

Marsilii Ficini ... de religione christiana opus plane divinum et huic nostro seculo pernecessarium

**Ficinus, Marsilius
Guillard.**

Parisiis, 1559

ETH-Bibliothek Zürich

Shelf Mark: Rar 8004

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-32312>

Capitulum III.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DE RELIGIONE

audit hæc deus, est ignorās: si non exaudit, ingratus: crudelis omnino, si vociferari nos compellit quotidie, quos non exaudit. Deus autem qui infinita sapientia, bonitas, charitas est: ignorans, vel ingratus, vel crudelis esse non potest. Omnino autem cum superior mens comprehendat inferiorem, potius quàm econverso: si mens humana mentem diuinam attingit, necessarium est a diuina mente humanam comprehendi & gubernari

*Caveant adolescentes ne facildè de religione
sententiam ferant. Capitulum III.*

*De legibus
& de regno.*

ET si homo natura in qualibet ætate (exceptis paucissimis, & illis quidè deprauatis) religiosus est: duæ tamen ætates (vt Plato scribit) religiosiores sunt, pueritia videlicet, & senectus. Nam pueri religiosi nascuntur atque educantur: & in religione firmissimi permanent, quousque in adolescentia ratio excitetur: quæ sua natura singularum rerû causas rationesque requirit. Si in hac ætate aut ea studia capeffant, aut in eos sermones incidant, quibus diligenter rerum causæ perquirant, incipiunt quasi nihil velle asseuerare, nisi cuius ipsi rationem perspexerint. Tûc primùm religionem magna ex parte post tergum abiiciunt: nisi forte legibus seniorumque consilio se committant: quia diuinorum occultissimæ rationes, longo vix tandem tempore exquisitissima diligentia purgata men

te perspicuntur. Adolescentes illi rationes huiusmodi nondum attingunt: & quia nihil ferme asserunt cuius non videant rationem: si proprio confidant iudicio, religionem quodammodo negligunt. Nonnulli in hac opinione constituti, propter superbiam incōtinentiamque, Aristippicis voluptatibus sese dedunt, tādē nihil amplius de religione, nisi tanquam de anilibus fabulis cogitantes. Alij verò propter mansuetudinem & modestiam Pythagoreo ritu mentem purgāt a sensibus, per morales, phisicas, mathematicas, metaphisicas disciplinas: ne tanquam superiores illi lippos adhuc oculos in diuinum solem subitò dirigentes, caligare cogantur: sed gradatim progredientes, lumen diuinum in moralibus primò tanquam solis lumē in terra perspiciant. Secundò in phisicis tanquam in aqua. Tertiò, in mathematicis tāquam in luna. Quartò, in metaphisicis tāquam in ipso sole, tam supercœlesti quàm cœlesti perspicuè salubriterque perspiciant. Hos appellat Orpheus Musarum legitimos sacerdotes, qui tandem in ætate maturiore, de religione sentiunt multo melius, quemadmodū legimus apud Platonem in epistola ad regē Dionysium, in Phædro, in primo de republica, in decimo legū. Monet autem iuuenes diuinus Plato, ne temere de diuinis sententiā ferant: sed credāt legibus donec ætas ipsa doceat vel per eos disciplinarum gradus quos narrauimus, vel per experiētiam, vel per quan-

DE RELIGIONE

dam animi a corpore separationem, quam modo
 derata senectus adducit, vt anima in ea ætate
 res a corporibus separatas, quasi e proximò vi-
 dens, clarius discernat quàm confueuerit. Me-
 minisse verò semper oportet, neque posse in iu-
 uenibus secūdam naturam sapientiam esse, ne-
 que quicquam: vel in iudicando vel in agendo,
 periculosius esse, quàm audacem ignorantiam,
 & audaciam ignorantem. Sapientia sine audacia
 prodest quidem, quanuis non satis magnifice:
 sed obest nunquam. Audacia verò sine sapien-
 tia, fera quædam est indomita, ac penitus effre-
 nata. Quoniam verò de cōmuni religionis ve-
 ritate, prouidentia dei, animorum diuinitate, in
 theologia nostra latissime disputauimus: hæc de
 his ad præsens breuiter dicta sufficiant. Nam ad
 Christianæ religionis mysterium properamus.

*Omnis religio boni habet nonnihil, modo ad deum
 ipsum creatorem omnium dirigatur, Christiana
 verò sincera est. Capitulum IIII.*

Nihil deo magis displicet, quàm contemni:
 nihil placet magis, quàm adorari. Homi-
 nes diuinarum legum aliqua ex parte transgres-
 sores, leuius punit: rebellantes autem propter
 ingratitude[m] malignitatemque & superbiam
 ab eius imperio, fulminat. Idcirco diuina pro-
 uidentia non permittit esse aliquo in tempore
 vllam mundi regionem omnis pro[ter]sus religio-
 nis